1726 tanquam peremptorio stare, Iuri parere, respondere, Vadium Ofiarum Luere, Inscriptioni praesenti satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seq ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus, illum Terminum primum peremptorium, et alios omnes exinde consequentes Causas eiusdem Terminos semper peremptorios tera infirmitate, pro Maiori Minorennitate Successorum, legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad Evictionem vel aliis quibusvis Dillationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem praeterea ultra proximos Officii praesentis Castrensis Capitanealis Premisliensis Terminos, Dillationem sibi non recipiendo, nullasq Motiones, Appellationes, acceans prosecutiones faciendo ac praemissa omnia Poenis simplicibus vel triplicatis, Evasionibus, suspensionibus, fatalibus Iuris, praescriptione Terrestri bello Conventioneq ac aliis omnibus Iuris remediis et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo. Atque sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Alius Kulczycki Putyatyckiemu Michnowiczowi obligat

141 Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Illis Basilius Kulczycki Iuluczek, sanus mente et corpore existens, a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusq suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Pre

1727

myśliensi Jurisdictioni, quo ad Actum hunc attinet se cum Successoribus, Bonisq suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq subiiciendo, palam, libere, publice, ac per expressum recognovit. Quia ipse Bona sua propria et hæreditaria infrascripta videlicet certam sortem pod Zdenizem incipien od łanu aż do drogi Komelowskiey in longitudinem se protenden, in Bonis Villæ Kulczyce Terra vero et Districtu præsen Przemysliensi iacen et consisten, cum omni præmissarum Iure Dominio, proprietate, titulo obligatorio, cumq omnibus et singulis eorundem Bonorum sort præfatis utilitatibus fructibus proventibus redditibus commodis emolumentis obventionibus attinentiisq et pertinentiis generaliter universis, nihil ex præmissis Juris Dominii, proprietatis accuiusuis competentiæ et prærogativæ, pro se Recognoscente, suisq Successoribus, aut quopiam alio reseruando seu excipiendo verum ita late, longe circumferentialiterq prout eadem Bona sort præfata ipsemet Recognoscens tenuit habuit et possidebat, ipsumq concernebant ac eidem legitime seruiebant. Iam ex nunc et de facto Nli Procopio Kuhaczki Michnowicz eiusq Posteris in Summa Triginta Florenorum Polonicalium iam per se Recognoscentem Levata et percepta de qua præsentibus quietatur hinc et ab Actu præsenti ad Diem et Festum Conuersionis Sancti Pauli Apostoli in Anno Millesimo sexcentesimo Septuagesimo Tertio proxime et immediate venturo inciden, et in defectu pro tunc eorundem Bonorum sort memoratorum exemptionis Summæq suprascriptæ Triginta Florenorum Polonicalium totalis et integræ realis persolutionis ex tunc de

tum agris, pratis, fundis, pascuis.

Triennio ad Triennium, Festo ad Festum pro Anni Die,
1728 et Festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli sese de-
terminans, Trienniis et Festis sese continue et imme-
diate sequentibus, usq ad exemptionem Bonorum eorund(em),
Summaeq memoratae totalis et integrae realem et effe-
ctivam persolutionem obligavit, inscripsit et invadia-
vit, prout obligat, inscribit et invadiat praesentibus.
In qua quidem Bona Sort memorata, praemissaq omnia
praesentibus per se Recognoscentem obligata et
invadiata, iam ex nunc et de facto idem Recognos-
cens Dnus Basilius Kulczycki Tuluczek, praefato Nobili
Procopio Putyatycki Michnowicz, obligatario suo,
eiusq Posteris, coram Officio praesenti dat et admittit
realem Intromissionem et actualem pacificamq Posses-
sionem per Ministerialem quemcunq competentem et
Nobiles duos die quacunq voluerint, sibi adhibendos ... acceptand.
Per ipsum Nobilem Procopium Putyatycki Michnowicz
obligatarium suum, ipsiusq Posteros, hoc eadem Bona
praemissaq omnia praesentibus invadiata, cum Uni-
versis eorum Utilitatibus et Usufructibus attinentiisq
et pertinentiis generaliter omnibus tenendi, habendi, et
possidendi, illisq quiete et pacifice utifruendi, ac ad
usus suos, Suorumq Successorum quosuis beneplacitos
libere et effectualiter convertendi modo ac Iure obli-
gatorio. Debetq et tenebitur memoratus Recogno-
scens Nobilis Basilius Kulczycki Tuluczek, prout se
ac suos Successores, in et super Bonis suis generali-
ter omnibus Summisq pecuniariis quibusuis habitis
et habendis, eidem suprascripto Nobili Procopio Pu-
tyatycki Michnowicz obligatario suo inscribit et
obligat praesentibus, ipsum et eius Successores, in

dictis Bonis, præmissisq omnibus præsentibus per se Re-	1729
cognoscentem inuadiatis, et ratione eorundem omnium
ab omni et quauis impetitione iuridica quarumcunq
personarum cuiuscunq Conditionis status, et Sexus
Creaturis existentium exorienda, in omni Judicio et
Officio Regni, semper toties quoties opus fuerit, tueri,
defendere, euincere intercedere et eliberare, inde-
mnemq cum Posteris reddere necnon hæc eadem Bo-
na præmissaq omnia præsentibus per se Recogno-
scentem obligata et inuadiata, ab omnibus in genere
Juribus et Inscriptionibus prioribus et posterio-
bus super præmissa omnia modo quouis cuiuncque
personarum factis et faciendis, tum etiam a quibus-
uis Citationibus super eadem Bona supra scripta mo-
do quocunq impetratis et impetrandis, Lucris demq
et Perlucris Processibusq Juris quibusuis in quocunq
puncto et gradu Juris dependens et in quouis Ju-
dicio et Officio Regni obtentis et obtinendis ac su-
per præmissis omnibus præsentibus obligatis perductis
et perducendis emundare et eliberare mundaque
et libera semper facere, ac etiam Intromissionem
præfatam, coram Officio præsenti admissam, in fun-
do Bonorum omnium præsentibus inuadiatorum
dum per Ministerialem competentem, et Nobiles duos
officiose requiretur, non denegare, imo debebit ac te-
nebitur eandem libere dare et effectualiter admit-
tere, dataq et admissa eadem, Possessionem et Vsu-
fructum præmissorum omnium, præsentibus inuadiato-
rum quouis modo tam per se, quam per suas quasuis
submissas et subordinatas personas non præpedire
nec adimere, ipsumq obligatarium suum et illius

1730

Posteros in premissis omnibus praesentibus obligatis nullo modo iniuriari, ita ut hic eadem Bona praemissaque omnia praesentibus inuadiata, idem obligatarius suus cum suis Posteris quiete et pacifice praesentis Inscriptionis obligatariae vigore tenere, habere, et possidere queat, illisque vti frui possit, usque ad exemptionem Bonorum eorundem Summaeque memoratae totalis et integrae realem ac effectiuam persolutionem, idque sub vadio simili Summae, Triginta Florenorum Polonicalium per eundem Recognoscentem Nobilem Basilium Kulczycki Tuluczek, siue eius Successores, suprascripto Nobili Procopio Putyatycki Michnowicz, obligatario suo, ipsiusque Successoribus ob non completionem praemissorum omnium et singulorum tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad soluendum succumbendo. Pro quo quidem vadio modo praemisso ad soluendum succubito ac pro re aliqua principaliter praemissis non completa complenda citatus existens memoratus Recognoscens Nobilis Basilius Kulczycki Tuluczek, siue eius Successores ad instantiam praefati Nobilis Procopii Putyatycki Michnowicz, obligatarii sui vel eius Successorum ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense ex nunc recessu suprascripto quoad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare, Iuri parere, respondere, vadium praefatum luere, Inscriptioni praesenti satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seque ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus. Illum Terminum primum peremptorium et alios

omnes exinde consequentes Causae eusdem Terminos semper peremptorios, vera infirmitate, pro maiori, minorennitate Successorum, Legatione intra vel extra Regnum, Servitio militari ad Munimenta ad Quietationem vel aliis quibusvis Dillationibus et Legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem praeterea ultra proximos Officii praefati Castrensis Capitanealis Praemysliensis Terminos Dillationem sibi non recipere, ad nullasque Motiones et Appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia Dolis simplicibus vel triplicatis Evasionibus Suspensionibus, Fatalibus Iuris praescriptione Terrestri bello Conventioneque ac aliis omnibus Iuris remediis et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo. Hac sua praesenti personali Recognitione ad Acta praemediante. 173

Feria Tertia in Vigilia Festi Nativitatis Sancti Ioannis Baptistae, Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Primo 23/VI

RR. Carmelitae Discalceati Conventus Praemysliensis & Rzepkowski Roborant 741

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Religiosus in Christo Pater Frater Brunno a Sancto Francisco Carmelitarum Discalceatorum Conventus Praemysliensis Prior actu, et Generosus